William Cowper

ODE Gratulatoria,

In Magnæ Britanniæ Imperium
fauſtè & feliciter adunatum,

Honoratiſſimo Illuſtriſſimoq;

WILLIELMO

Domino Cowper,

Baroni de *WINGHAM*,

Summo Magnæ Britanniæ Cancellario,
Sacræ Majeſtati Regiæ à Sanctioribus Conſiliis,

à *Gulielmo Dickinſon*, Chirurgo,
Humillimè dicata.

ET me Latinè, non ſolitum, loqui
Juſſere Muſæ: Hæc Unio (gentium)
Parùm Latinè; quæ ſonora
Orbis hyperborei camœna, &

Victricis ANNÆ gloria, Regii
Et meta voti eſt: hic labor hoc opus,
Centum per annos retroactos
Inſuperabilis úſq; manſit.

Sagax

Sagax APOLLO dic age, *Syntheſis*
Tam mira quî fit? Perve *Synæreſin*
Craſinve? Quæ diverſa in unum
Contraherent elementa CADMI:

O! Qui háſce mecum, non ferula ſine,
Edoctus artes, tam benè noveris
Transferre Civiles in Uſus:
Imperiis ſuper, Ergo, binis

Incorporandis, fatus AGENTIBUS
Gratum BRITANNIS; magnus habeberis
Et charus æquè: Te, Ergo, grandi
Nobilium inſeruiſſe cœtû

Et ſola virtus gaudeat inſolens:
Scamnóque, Cauſarum Arbiter, inſides;
O! quam diſertâ ac eloquenti
Mellifluâ, nitidâq; linguâ

Decreta profers aurea, Caſibus
Delenda nullis: Tot tibi munia
Tantóſq; venturos honores,
Eſt benè vaticinatus olim

Dr. *Busby.* Plagoſus * Augur: Jam Tibi compari
Ceſſit, maritâ lege, nec ignibus
Te erubeſcendis adurit
Percelebris CLAVERINNA, anhelans

Miros *honores*; nobilis ingenî
Formoſa merces! nîl repetis ſuprà:
Satis Beatum Te coronat
Propoſiti ſtudioſa virtus.

Quales

Quales potentis consilii (quibus
ELISA habenas credidit imperî,
Experta fidos in crematis
Navibus Hesperiæ) peracta

Recenset ætas; dum sapientiæ
Consulta, *Tales* ANNA adhibet *Viros*:
Miramur Hanc, Miramur Illam
Consiliis animisq; fortem:

Hâc arte pollens, jurè capacia, &
Cunctis recluſa Æraria, publici
Glisçente Thesauri tumultu,
Pervigil exsatiat TRIBUNUS:

Perrupit, arte hâc, CLOUDSLEUS Ignifer
Clausum columnis Herculeis mare;
Latéq; Classes dispulisset
Liliferas, nisi læva *Cornix*

Malè auspicâsset: Cincta decemplicis
Errore muri *Barcino* fortiter
Hac arte debellata, LEKUS
Nec dubius redit indè victor:

Hâc hâc laborantis, Duce MALBORO,
Mundi ruinas provida sustulit
REGINA: & hâc hâc unum Ovile in
Prima greges agit ANNA duplos:

Satis beati si dederit *novam*
Tandem *Britannis* progeniem, feros
Deprælіaturam Tyrannos,
Præsidio & populis futuram.

O quæ

O quæ, ANNA, curâ, qualia munera
Excogitabit posteritas Tuâ
Condigna, in ævùm per Calendas
Floriferi, memoranda, Maii:

Cressâ carebit pulcra dies notâ
Nunquam, nitenti qúisq; superbiet
Sub veste, devinctus JEHOVÆ
Mirifici celebrare laudes.

Et me latentem sub tenui Lare
Mox ditet ingens Unio, & Unio
Hic sat Latinè, ANNÆ, & triuno
Ter rutilum hoc Diadema regno.

Unio m. g. Plin. μαργαρίτης. 1.
Unio f. g. & *Unitas*. De numero, aut conjunctione, non est Latinum. Sed *Unitas* idem valet, quod, Conjunctio summa, agglutinatio, & quasi παυλότης. Sed hoc tamen verbum post Ciceronis ætatem natum videtur. Utuntur eo Columella, Cassius, & Quintilianus. Vulgo hodie pro eo *Unio* utuntur.

FINIS.

LONDINI, Impensis Tim. Child, ad Insigne Albi Cervi in Cœmeterio D. *Pauli*. MDCCVII.

BRITISH MUSEUM 15 71 FEB